

sic actuandum divina potentia sive verbis taceat, cui nunc actuando Lunaris & Solaris est, influenza Generica. Nam sicut homo de Terra creatus, non generat hominem de Terra, sed ex semetipso, nutritur autem homo ex Terra, indeq; sui incrementum capit, ut generare possit, similiter Aurum & Argentum, oportet autem ut primo nutriantur primordiali substantia, eademq; pura, nutritrix enim ejus Terra est, quæ est, ut genuino suo nomine dicam. Verus SOL BUB. Id est Lapis unus, & res una, hæc colligitur caute cum gaudio, generatur sine omni pretio. Apud Apothecas non invenitur. Hæc enim margaritæ in plateis colliguntur, & pedibus conculcantur.

Epist. Missio Fr. R. C.

Pag. 77.

**N**ostra materia est Spiritus, non corpus;

Nostri materia non est minerale, sed Sulphur & Mercurius mineralis, unctuositas & vapor; Electrum immaturum minerale:

Nostri materia non est aurum sed semen auri, vel aurum virgineum;

No.